
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

6¼,-182.
(LN bis 27)

DE
SING
PLIC
TATIS
ſingul
in



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

DE MISTERIO SINGVLARI ET MVLTIPLICI VSV & FRVCTV NATIVITATIS D. N. IESV CHRISTI SVAVI, CVM ſingulis circumſtantijs Euangelij quod in die Natalis Chriſti legi ſolet in Eccleſijs, conſideratis & obſeruatis:

Concio Sacra.

Autore
Hermanno Hamelmanno
S T. Licentiato



LEMGOVIAE
Anno 1. 5. 68.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

MAGNIFICO VIRO NOBILITATE GENERIS, SAPIENTIA, VIRTVTE, PIETATE ET FORTITVDINE EXELLENTI D, HENRICO A SALDER SATRAPAE DVCALIS ARCIS Lawenſtein &c. ſuo Dño & Patrono ſtudioſorum colendo.

SCripſerunt conciones ſacras potiſſimi in Eccleſia Doctores de ſacroſancta Natiuitate D. N. IESV CHRISTI: ita in tomis Auguſtini extant aliquot celebres ſermones de Natiuitate Chriſti: Leo 1 Papa decem ſcripſit conciones de hoc feſto: ampliſsimis orationibus hanc Natiuitatem ſalutarem celebrarunt Cyprianus, Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Euſebius Emiſsenus, Georgius Nyſsenus, Fulgentius, Maximus Taurinenſis, Bernhardus & ſimiles, qui ſane dulciſsimis meditationibus ampliſsime vſum & fructum, ſacratiſſimæ & venerandiſsimæ Natiuitatis CHRiſti eleganter expreſſerunt: Verum illos omnes, ſi tamen quid ego iudico, vecit & ſuperauit, maximus ille Eccleſiæ Doctor D. Martinus Lutherus, qui viuis coloribus & longe commodius depinxit ſuauem conſolationem & myſterium ſanctiſsimæ huius Natiuitatis in Germanicis iſtis cantionibus, quas feſto annuo de Natali Chriſti aptauit, vt

 pote

pore in his. Chriſtum wir ſollen loben ſchon etc. Gelobet ſeyſtu Jheſu Chriſt etc. Vam Himmel hoch etc. Ein Kindelein ſo läbelich etc. Der tagh ys ſo fröwden reich etc.

Adde quod & illius viri & multorum Theologorum contiones in Poſtillis extent, quæ mirifice exprimunt fructum & vtilitatem Natiuitatis Chriſti: quibus etiam & hoc accedit, quod multi celebres & literati viri in Scholis & Academijs paßim, orationes aliquot habuerint & ediderint de hac laudatißima & omnium purißima Natiuitate. Cur igitur ego hanc meam concionem quoq; edam mirabuntur multi.

Sed ſic ſentio, Quod ſi omnes homines ſuas voces & linguas coniungerent, ſi intimis & ſummis meditationibus & altiſſimis ſpeculationibus ſimul expendere huius diuinæ & admirabilis Natiuitatis myſteria & amplitudinem ſcrutari p aliquot annos proponerent, tamen nunq̃ huius myſterij maieſtas, gratia & celebritas ac ſuauiſſima tanti doni oblatio exprimi poſſet. Quare cum quilibet habeat ſua dona, volui quoq; hanc qualemcunq; contionem (quã iam per annos octo, quoties redijt Feſtum Natale Chriſti celebrandũ, meditacionib. meis vteunque pro meo modulo expreſſi & aliquoties in mea Parochia repetij coram Plebe) in lucem dare, vt etiam meam gratitudinem & gaudium erga Chriſtum Filium DEI natum in carne Saluatorem noſtrum declararem, & Eccleſiæ communicarem, quas ſuper hac re cogitationes habuiſſem, quæ ſi non multum forte

poſſent

poſſent prodeſſe, nulli tamen, vt opinor, nocebunt:

Hunc vero Sermonem T. Excell. Vir Ampliſſ. & Nobiliſſ. inſcribere placuit ob certas cauſas. Nam licet T. Excell. ignotus ſum, tamen ante multos annos ex Literatis & Preſtantibus Hominibus didici V. A. eſſe egregiè literis, virtute, ſapientia, pijs moribus, & imprimis vera pietate ornatam, atq; plurimum amare literas, & literatos viros:

Potiſſimum id aliquoties de T. Excell. celebrari audiui, quod Sacri Euangelij Miniſtros in ſummis habeat delitijs V. Excell. quam quoq; eruditi viri publicis encomijs aliquando celebrarunt: Quibus omnibus acceſſit & hoc, quod nuper coram & non ita dudum in literis nobis ſummopere prædicauerit & ſummis laudibus commendauerit T. Excell. eruditionem, pietatem, beneuolentiam & humanitatem venerandus vir religione ſingulari & exquiſita doctrina præſtans Henricus Bouius iam Eccleſiaſtes ad S. Paulum in Inclyta Hildeſia, qui mirifice tuam & fratrum tuorum nobilium atq; veſtri affinis Adriani a Steimbergh viri natalium amplitudine, heroica magnitudine, prudentia & grauitate celeberrimi, comitatem & benignitatem predicauit, ideo quaſi de illius ſuffragio hanc dedicationem ad T. A. inſtitui. Cum vero ſciam V. Excell. eſſe Eccleſiæ Hildeſimēſis, cui preeſt Reuerendus & donis Spiritus S. inſtructus M. Bartholomæus Wolffhartus, ciuem, volui & T. Pieta. inſcribere hanc Concionem atq; eandē & omnia mea Scripta Eccleſiæ ibidem & toti miniſterio, in quo mihi etiam preter Bouium M. Franciſcus Marſ-

huſius Eccleſiaſtes ad S. Michaelem eximius & celebris, notus eſt, ſubijcere. Oro filium Dei vt T. Excell. & alios pios nobiles, qui ſuũ genus doctrina & vera pietate exornant ac ſunt ibidem nutricij Eccleſiæ, diu ſeruet ſuo miniſterio & omnibus pijs incolumem. Lemgouiæ in initio noui anni poſt natum Chriſtum 1568. quem T. Excell. & nobis omnibus felicem & ſalutarem faciat benignus Pater ꝑ Chriſtum Ieſum.

V. Excell. deditiſſimus Hermannus Hamelmannus L.

De Myſterio,
multiplici vſu & fructu Natalis Chriſti & circumſtantijs Euangelij de Natiuitate Chriſti, ſingulis conſideratis Contio Sacra.

DIcturi primo de vſu & fructu multiplici Natiuitatis Chriſti Deinde quomodo illa & hic in terris, & ſimul in Cœlis ſit habitu, Petimus prius Opem illius, qui propter nos Homines & propter noſtram Salutem deſcendit de Cœlis, & qui incarnatus eſt de Spiritu ſancto natus ex Maria virgine, vt ad noſtrum propoſitum conferre dignetur, ſuam gratiam & nos illuſtrare Spiritu S. Amen.

Erit autem hæc contio perpetua relatio de myſterio & fiructu Natiuitatis CHriſti, itaq; ipſius ope & dono incipiemus.

CHriſtus induit carnem, vt nos virtute ſpiritus indueret, quia per ipſum Spiritus ſanctus a DEO in nos funditur Titum 3.

Naſcitur Homo, vt nos Homines redimeret, quia veluti nos Homines carne deliquimus, ita ille nos carne redemit 1 Petri 3 & 4.

Deſcendit de Cœlis vt nos e Terra ad Cœlos erigeret & perduceret Philip. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

PEr Chriſti Natiuitatem nos Filij DEI, quotquot in illum credimus Ioannis 1. qui alioqui filij iræ & mendacij eramus Epheſi. 2 Roma. 5. Ioānis 8, facti ſumus.

NAſcitur Homo Chriſtus vt nos regeneraremur ꝑ ipſum in aqua & ſpiritu Ioānis 3. ad Titum 3.

HInc Paulus ait filioli iterum Parturio vos donec formetur in vobis Chriſtus Gala. 4.

NAſcitur Homo vt nos miſeri Homines haberemus fiduciam accedendi ad Thronum gratiæ, deinde vt ipſe Homo cum Hominib. compateretur, ideo vt verus Homo nouit noſtras infirmitates, & poteſt nobiſcum compati, vt eſt per omnia ſimilitudine noſtra tentatus. Hebreorum 2. & 5.

CHriſtus nunc natus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem Roma. 1. & verus Homo (fructus ventris Mariæ imo filius Hominis Lucæ 1. & Ioannis 5. & in multis locis) factus vt compleretur Promißio, deinde quia CHRIſtus Homo verus eſt noſter mediator apud DEVM Patrem 1. Timoth. 2.

NAſcitur Chrūs paruulus vt nos magnos faceret & Angelis adæquaret, quibus tunc ſimiles erimus, Matthei 22.

NAſcitur humilis vt nos humiles exaltaret Luce 1 & Eſaiæ vltimo.

NAſcitur infans vt nos per ipſum creſcamus in Viros ꝑfectos & in menſuram ætatis adultæ Chriſti, ne ſimus amplius pueri fluctuantes & circumlati quouis vento doctrinæ ꝑ verſutiā Hominum, ꝑ aſtutiam &c. vide totum locum Epheſco. 4.

Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

CHriſtus infans lactatur vt nos tanq̃ infantes & infirmos in Chriſto, lactis potu per verbũ aleret 1. Corrintheorum 3. quia lacte habemus opus donec ad pfectionem educemur & ſolidos ſumamus cibos Hebreo. 5: Hinc apud Prophetam Eſaiam ait Dominus capite 5 5. quod huc applicari poterit, Venite, emite lac & mel ſine Argento.

CHriſtus naſci voluit in Bethlehem: Betlehem ſignificat domum panis, vt oſtenderet ſe eſſe panem viuum p quem omnes credentes ſaturari debeant, Ioãs 6. tumquoq; ut compleretur vaticinium Prophetæ Mich. 5. Bethlehem dicitur Micheæ Prophetæ Ephrath, id eſt, terra fructifera, quæ pretioſißimum fructũ florem gratiæ protulit Eſt autem Ephrath myſterium & figura Eccleſiæ, in qua naſcitur, id eſt formatur in Chriſtianis Chriſtus Galat. 4. ideo illa dicitur terra fructifera & utilis, quia in ea plantati ſumus (ut in domo Domini) ſecus decurſus aquarum, ut & feramus, fructũ in tempore ſuo Pſal. 1. & rurſum, plantati in domo Domini florebimus.

NAſcitur Chriſtus in Ciuitate Dauidis Lucæ 2. quia erat Filius Dauidis, qui ſibi debebat æternum acquirere regnum in domo Iacob, hoc eſt in cœleſti Hieruſalem Luce 1.

CHeiſtus naſcitur quando totus deſcribitur Orbis ad ſignificationem huius, quod ipſe ex omni Orbis parte ſibi aliquam Eccleſiam conuocere uoluerit. Hinc ait Matthei & Marci ultimo, Ite in Mundum uniuerſũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

& predicate Euangelium omni Creaturæ &c.

NAſci uoluit ſub Auguſto Cæſare omnium poten tiſsimo, quando iſte bellis, gladio & ferro ſibi Orbem ſubiecerat, quia & hic Dominus uoluit ſibi p gladium ſpiritus id eſt per verbum DEI Ephesio. 6. omnes ſubigere, & ut uenit non mittere pacem ſed gladium, cruce ſuos ſibi coniungere decreuit, & ita tanquam Potentiſsimus rex (cuius regni non erit finis) regnare tam in cœlo quam in terra, ut quoq; ei ſunt tradita quæ ſunt in cœlo & in terra.

NAſci voluit quãdo curaret ſuos Auguſtus con ſcribi in certos libros & rationarios libellos referri, quia et hic ſtatuit ſuos in chartas non perituras ſed in librum vitæ de quo Philipp. 4. & Apocalyqſ, 3. dicitur, conſcribere vt in memoria æterna ſunt iuſti Pſalmo 112.

Auguſtus annotari voluit ſuorum nomina, vt cognitos ſibi ſubditos haberet, ſed longe magis nouit ſuas oues Ioannis 10. noſter monarcha, qui nouit qui ſint ſui 1. Timothie. 2.

NAſcitur ſub prima deſcriptione primi monarchæ in noua illa Romanorum Monarchia, vt & ille tanquam nouus monarcha ſui regni cæleſtis & ueri imperij demoſtrationem clariſsime p vocem Euangelij, vt q angelos ad Paſtores & magos in ipſa natiuitate fiebat, exhiberet.

NAſcitur Herode rege vt ſe declararet regem ſpiritualem, de cuius regni excellentia dicitur Pſal. 45.

Naſcitur

NAſcitur ſub Auguſto, qui omnes fere regiones paucis exceptis Romano Imperio ſubiecit, vt oſtendat ſuum Imperiũ adhuc amplius eſſe, ideo etiam apud Zachariam Cap. 9 legitur, Imperium eius pertinget a mari vſq; ad mare & a fluuio vſq; ad fines terræ, Item apud Micheam cap. 5. Exitus eius a ſeculo & a diebus æternitatis. Et quanquam Auguſtus eſſet in rebus gerendis dexterrimus omnium, ipſe tamen aliquas regiones (vt hanc, Danicam & alias multo plures) non potuit plane ui & armis ſibi ſubijcere, cum contrà noſter hic natus Dux Chrſtus Ieſus ſine ui externa, ſine pſidijs huius muudi uniuerſum orbem, tot linguas, tot ritus, tot religiones, tot barbaras ac retruſas nationes in unam Eccleſiam ueluti in unum imperium non coactè ſed ui ſpiritus & efficatia uerbi diuini congregauit ut in aliquando fiat unum ouile ſub uno Paſtore Ioannis 10. Nam ueluti ex diuerſis prouncijs voluit ſuos congergari Auguſtus, ita etiã in cœlo ex omnibus cœli plagis electorum fieri debet collectio non ad ſeruitutem pro fitendam, ut hic fiebât, dum Auguſto nomina darent ad ſubiectionem ſeruilem, ſed ut liberi eſſent, liberati a filio Dei Ioannis 8 & tandem læti accumbant cum electis in regno Dei. Hinc dicitur Matthei 8 uenient ab òriente & occidente & accumbent cum Abraham & Iacob in regno cœlorum etc.

Voluit naſci Chriſtus quando ab Auguſto coguntur homines imperiali deſcriptione, ad tributum dandum, ut tanto magis ad hunc ſpiritualem Imperatorem

mortis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

mortis & inferni properemus, qui eſt largitor omnium bonorum, eumq; celebremus & ſuſcipiamus tanquam æternum regem iuſticiæ, & nos tali regi ſubijciamus totos, qui non exactionibus uel tributis, oneribus ue premit ſuos, ſed potius omnia ſuis largitur gratis, imo potius omnes inuitat ad ſe dicens uenite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis ego uos reficiam, etc. Matthei 11.

Qui Auguſto Cæſari dant nomen, quid aliud profitentur quam ſummum luctum? Qui uero huic nouo Principi gloriæ Chriſto dant nomen, ſpiritum libertatis & non ſeruitutis accipiunt Gala. 4. Roma 8 & tandē uitam æternam, etc.

NAſcitur pacifico tempore, ut ſit indicium, Chriſtum uerum eſſe pacificum regem, qui æternam pacem & conſcientijs gaudium adfert Roma. 5. hinc dicitur Roma. 14 pax & gaudium eſt regnum Dei in ſpiritu ſancto, & non cibus uel potus, etc.

NAſcitur in Iudæa ut compleretur Prophetia Iacob Non auferetur ſceptrum a Iuda etc. & tum demū naſcitur quando Iuda eſſet & Hieroſolyma in ſummo luctu, poſtquam deſtituti eſſent omni regno & ad externam ſeruitutem redacti, ut ueris Iudæis id eſt confeſſoribus eſſet ſolatium, quia ad extremum redactis naſcitur, uenit enim quærere perditas oues Iſrahel Matthei 10. & deinde dicitur propterea ipſius nomen conſiliarius, quod conſulet ſuis in tempore oportuno etc.

Naſcitur

NAſcitur in illa perplexitate & afflictione populi, quando id Cæſari pendere etiam inuiti cogebantur quod aliàs templo pendendum erat, ut nunc rex pſens eſſet qui nos templa ſua fieri uoluit Corinth. 3.

NAſcitur a uirgine pura, ut oſtenderet ſe a ſpiritu ſanſto conceptum purum abſq; omni labe eē , quo nos in peccatis naos & conceptos mundaret ſuo ſanguine pſal. 51. 1. Ioaunis I. Sauguis Chriſti mundat nos ab omni peccato, Purus naſcitur a puriſſima uirgine, ut ſibi quoq; ex cætu hominum colligeret Eccleſiam ſponſam dilectam, pulchram, eamq; ſibi pparаret Epheſ. 5. atq; ut im ſibi uirginem caſtā per miniſtros Euāgelij deſponderet 2 Corrinth. 11.

Naſcitur us peregrimis locis, ut ſuos hic in peregrino looo uagantes ac peregrinantes corpore 2 Corinth. 4. conſoletur, tum quia hic non habemus manentem locum & ciuitatem ſed ſumus aduenæ Hebreorū 11 & 13 ut ad ipſam refugium habeamus.

Naſcitur a ſola matre ſolus citra pſentiam hominum, quià hoc pacto demonſtrat ſe ſuumq; regnum non indigere opera & ſapientia humana, & utrumq; ſimul ſine humano pſidio conſiſtere 2 Corinth. 1 & 2.

Interim ibi natus eſt, ubi multi homines conuenerant, id eſt in frequentia hominum, quia omnibus ſaluator naſcitur, uenitq; omnes peccatores ſaluos facere 1 Timoth. 1.

Non uoluit ortum ſuæ humanitatis habere in arce aliqua, uel ciuitate ampla, aut celebri hoſpitio, ut oſ-

tenderet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

tenderet ſe propter nos ſeruum factum Philip 2. deinde ut palam faceret ſuum regnum non eẽ de hoc mundo malo & ſe potius ſuas ſedes in cœlo habere, ut Eſaiæ 66 Cœlum mihi ſedes ait Hinc eſt quod al ibi dicit, uolucres cœli nidos habent, uulpes foueas & filius hominis non habet ubi reclinet caput Matthei 8.

Puerpera hec edit infantem Chriſtum in uiliſſimo loco quia quod altum eſt coram hominibus coram Deo abiectum eſt & ne nos ipſius diſcipuli ſplendidas opes et domos quæreremus, ſed potius de cœleſti theſauro quærendo cogitaremus Matthei 7. Philip. 3.

Infans in aperto tugurio prodit ex uirginis utero quia nobis uoluit recludere portas Cœli & parare regna cœleſtia atq; nos ad cœlum ducere, quia ipſe eſt uita & uia Ioannis 10 & 14.

Ipſius natiuitas eſt extreme miſera ut nos noſtræ puderet ſuperbiæ & pompæ etc.

Naſcitur noctu in tenebris ut oſtendat ſe ueram eſſe lucem Ioannis 1 & 8 quæ nos omnes ſedentes in tenebris illununat teſte Zacharia Lucæ 1.

NAſcitur in ſummis parentum calamitatibus ut nos externis gaudijs afficeret iuxta illud: Et gaudium ueſtrum nemo auferet a uobis Ioannis 16.

Naſcitur caſtiſsimus Dei filius in impuriſſimo ſtabulo, ut nos impuriſſimos & de immundo conceptos ſemine teſte Iobo cap. 14 purgaret & nitidiſsimos redderet Eſaiæ 1. deinde nt nos, qui templa & domicilia Diaboli eramus mali Lucæ 11 ppararet ſibi in ſuaue

habitacu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

habitaculum ut ait Ioannes 14. Si ſermonem meum obſeruaueritis, ego & Pater ueniemus ad eum & manſionem faciemus apud eum.

Quem cœli non comprehendunt, ita ſe deiecit ut formam ſerui ſuſciperet non tantum, ſed quodammodo iumenti, quia ponitur in anguſto preſepi, ut nos in illo exaltaremur & amplificaremur.

Ponitur in preſepi, ut doceatur nos homines (quia animalis Homo non pcipit ea quæ ſunt Dei 1 Corinth. 2. hinc etiam Dauid ſcribit, Nolite fieri ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus Pſal. 32. & recte comparantur impij iumentis, quoniam ſic loquitur Dauid, dixit impius in corde ſuo non eſt deus, Pſal. 14) pecoribus comparari & eſſe iumenta quæ ab illo myſtico æternoq; pabulo ſaginari & ſuſtentari debeāt, quia is paſcit nos Pſal. 23. & parauit nobis menſā, Ex inaniuit ita ſeipſum ut pabuli loco in preſepi reponi uoluerit, Vnde quid aliud intelligi uoluit, quam ueluti pabulum uel fenum pecorum eſt abiectiſſimum, quaſi uidiſſimus propter nos reputari uoluerit ut in Pſal. 22 Ego ſum uermis & non Homo, opprobrium hominum & abiectio plebis, item Eſaiæ 53. Nouiſſimus omnium dicitur. Nam ut ſolent fæno ſordes calciorum & etiam impuriſſimæ quæq; abſtergi imunditiæ, ita ille adeo ſe deiecit, ut fæno ſe aſſimularet, quia interiorem immundiciem, quā in Pſalmo 51. agnouit Dauid, uoluit auferre ut verus ille agnus dei tollens peccata mundi Ioannis 1. ideo fuit quaſi peripſema mundi.

Poſitus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

Poſitus eſt in præſepi, ut tu eſſes cum ipſo in altioribus.

Faſcijs ſe inuolutum eſſe uoluit, ut nos laqueatos ꝑ uincula diaboli liberaret, ut fieret uerum illud Pſalmi 124. laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus.

Pannis contegitur exiguis ut primam nobis ueſtem, quã in Adam amiſſimus, qui cognoſcebat ſe cum Eua poſt lapſum eſſe nudum, reſtitueret & nunc uera ueſte nuptiali nos indueret, quo ad æternas ueniremus nuptias Matthei 23.

Pauper naſci uoluit, quia uoluit nos in æternum diteſccre atq; pauperes ſpiritu ſuſcipere & exhilerare 2. Corinth. 8 ideo etiam dicitur, pauperes letum Euangelij nuncium accipiunt Matthei 11.

Quod ſi autem in tali frigore, quale apud nos ſolet eẽ ꝑ id tempus, quo natiuitas Chriſti celebratur. Chriſtus natus eſſet, certe uerum eßet inditium ac myſterium, chriſtum iſta paſſum ut in nobis ignem ſui amoris accenderet, (Sermo enim Dei ignitus eſt Prouerbio 30) & feruidos calidosq; faceret ſuo ſpiritu, ne tepidi uel frigidi fieremus Apocalipſis 3.

Demiſit ſe etiam ad infima Dei altiſſimi filius, ne quis maieſtatem eius cauſaretur, ſed ut nos totos illi facilius concrederemus, quia non ſemen angelorum ſed Abrahæ adſumpſit, Hebreo 2, ideo etiam nos fratres appellat Pſal. 22. & Ioannis 21: ſic & pueros appellat nos Eſaiæ 8. Ita omnes benigne ſuſcepit quotquot chriſtum implorarunt.

Trin

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

Tam mirandam natiuitatem primo uoluit per angelos annunciari pauperibus & non potentibus ut declararet ſe neminem deſpicere, etiamſi ſit aliquis contemptus & in nullo pretio, quia ipſe quærit pauperes, ut Sophoniæ 3 dicitur Relinquam mihi in medio tui populum pauperem & ſperantem in Domino.

Chriſtus natus eſt ex Maria paßim ab hoſpitibus contempta in diuerſorijs, licet ab omnibus conſpiceretur grauida, ut nos qui extreme contempti eramus coram facie patris & angelis etiam ipſis abiecti, reconciliaremur pâtri ac rurſum coniungeremur angelis: Epheſeo. 1.

Contemnitur cum ſua matre & Ioſepho tanquam extreme neglectus ut omnibus extreme contemptis ad Chriſtum ſolum pateret aditus, uelati in pſal. 31 dicitur.

Mater Chriſti uicina partui moxq; iſtum partum æditura cum Marito Ioſeph tanquam peccatores & uiles inidoneiq; homines pelluntur a diuerſorijs, quia is inter peccatores reputari voluit ut nos iuſtos faceret Eſaiæ 53.

Non habet locum in diuerſorio ſcilꝫ ut nobis eiectis ex paradyſo, cum Adam & AEua locum in domo patris repararet, Ioannis 14 & 16.

Et forte non caret myſterio, quod Chriſtus cum caſtißima matre non adeſſe uel adiungi deberet in diuerſorio immundis & luxurioſis porcis & grauiſſimis peccatoribus qui auerſabantur gratiam Dei, Quid

enim commune Belial cum CHRiſto? 2 Corinth 6 nec ſunt Margaritæ obijciendæ porcis Matthei 7.

Sine dubio more aliorum puerorum lachrimatus eſt, ut lachrimæ eius nobis eſſent abſterſio peccatorum.

Cum appararet angelus paſtoribus, timuerunt, quia iſtis tantum contingit gratia qui ſe deijciunt & tremunt ad ſermones Domini Eſaiæ 61.

Chriſti Natiuitatem non homines ſed angeli annunciant ut intelligamus eius Euangelium non ex hoc mundo eſſe, ſed cœleſtem doctrinam & rationi incognitam 1 Corinth 1 & 2.

Paſtoribus annunciatur ad denotandum ſuis ipſum fore uerum & bonum paſtorem Ioann 10.

Vigilibus annunciatur, quia hoc pacto denotatur ipſum fore cuſtodem ſuarum ouium, ut non dormitat neq; dormit, qui cuſtodit Iſrabel pſal. 121.

Fidelibus in officio annunciatur, quia requirit fidelitatem in ſuis ut Matthei 24. de ſeruo fidele, item 1 Corinth 4 requiritur in diſpenſatore ut ſit fidelis.

Annunciatur natiuitas Chriſti ſobrijs & uigilantibus, non in hoſpitio ebrijs & ſomnolentis, quia ipſe ſic monet Luce 21 Cauete ne corda ueſtra grauentur crapula & ebritate atq; curis huius ſeculi ſed orate & uigilate ut effugiatis futura mala & ſtetis ante filium Dei. Annunciatur ſimplicibus, qui facile credunt & ſunt dociles, quia uult ſimplices eẽ ſuos Matthei 10 & dociles ut diſcipuli qui petebant explicarî ſibi parabolas Matthei 13.

Annunciatur

Annunciatur inquam paſtoribus, ut demonſtretur proprie ad Epiſcopos & magiſtratus ptinere iſtum puerum ſuſcipere, inuiſere, amplecti & oſculari pſal. 2.

Paucis fit palam eius Natiuitas, quia electorum eſt puſillus grex Luce 12.

In hoc natus eſt Chriſtus ut ipſe ait ad Pilatum, ut teſtimonium ferret de ueritate, Euangelium eſt veritas iuxta illud Ioannis 17 Sermo tuus eſt veritas.

Natus eſt in matrimomo, ut teſtaretur iſtud ſibi placere ſeq; illud ſua natiuitate comprobare, & hic declaratur in coniugio mutuum eſſe auxilium & ſolamen. Fuit ſine dubio in hoc itinere & partu vſui Mariæ Ioſeph.

Maria peperit primogenitum, quia non relatione quadam eſt primogenitus ad ſecundum genitum uel poſteriores, ſed ut eius dignitas in iſto nomine & excellentia denotetur. Valde etenim conſolatorium eſt, hunc Ieſum eſſe primogenitum, quia primogenitis olim cedebat ſacerdotium & regnum, atq; regnum adhuc debetur hodie primogenitis, quemadmodum etiam primogeniti nobilium & Heroum in regimine & hæreditate ſolent ſuccedere vel feuda petere, **Leyndragers ſein/etc.** Et emphatice ait primogenitus, in quo omnes percipiunt adoptionem filiorum Dei: deinde eſt hic primogenitus ex mortuis, in quo etiam nos reſurgemus ad vitam 1 Corinth. 15. ita inquam eſt primogenitus omnium eorum, qui efficiuntur filij Dei Roma. 8 imo omnes quoq; creaturæ Colloſ. 1.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

Affulſit hic claritas cœli, quia ut angelus uetuit timere paſtores, ita quoq; claritate illa & præſentibus reliquis angelis Deus uoluit oſtendere, ſe nunc placatum iri per filium, atq; bene affectum erga homines, quos nunc dignatur ſua gratia. Quia ille fulgor fauorem Dei ſignificat in Euangelio reuelatum, vt contra in tonitruo & fulmine non ſolum declarauit legis proprietatem in monte Sinai, quando promulgaret legem (lex enim iram operatur) ſed etiam furorem Dei vt pſal, 18 2 Samuelis 7 & 12.

Ideo etiam canunt caſti angeli, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibusq; bona uoluntas, quia in CHRIſto pacificantur omnia cœleſtia & terreſtria Colloſſ 2.

Ideo affulſit chorus angelicus canendo gloriam Deo, quia hoc pacto excitarunt nos precipue, ut caneremus laudem Deo, poſtquam nobis natus ſit & hic puer datus. Interim dum multi homines negligunt eius natiuitatem, reuerenda eſt illa angelis.

Gaudium annunciatur omni populo de hac natiuitate, vt videamus ab hoc gaudio, quod CHriſtus noſtri cauſa homo factus eſt, neminem excludi &c.

Hæc diximus de vſu & fructu natiuitatis Chriſti & de ipſius ortus, incarnationisq; myſterijs ſummis.

SEQVI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

SEQVITVR RELIQVA PARS CONCIONIS, QVOMODO NATIVITAS CHRISTI IN MVNDO QVIDEM CONTEMPTA & NEGLECTA FVERIT, SED *interim in Cœlo glorioſſima & clariſsima.*

IN Bethlehem omnibus etiam peßimis & ſceleratis cedere coacti ſunt in diuerſorijs, cum iumentis habent hoſpitium idem, eandem menſam & cubiculum, & ex ijs nemo conſiderat qui in hoſpitio ſunt, quæ Deus miracula faciat in ſtabulo.

Illim delitijs & in Hypocauſto forte uerſantur.

Hic pauperes parentes in penuria ſunt & frigore, dum alij lecto, cubiculo & cibo excipiebantur. Quid autem huic uirgini acciderit, deinceps conſideremus.

In abiecto oppidulo Galileæ Nazareth concipitur (hinc Nazarenus vocabatur non ſine myſterio) & in minimo Iudæ oppido Betlehem iuxta prophetiam Mich[illegible] naſcitur: Vt nec in oppido Nazareth obſcuro habuit ſplendulas ædes: ita nec in precipuo domicilio ſed in ſtabulo naſcitur in Bethlehem Cœli terræq; dominus. Audiant hic ſuperbi diuites qui agrum agro, domũ domo aßociant, qui magnas diuitias cumulant voluptates & delicias ſectantur quomodo Chriſtus (in cuius nomine baptizati ſunt) noſter ſaluator peregre naſcatur, nec locum habeat in diuerſorio: Ne igitur ſibi placeant ob diuitias incertas, ſed potius principem gloriæ reſpiciant, qui predicaturus ueram humilitatem & contem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

ptum delitiarum caducarum & opum fluxarum, atq; adeo humiles exaltaturus aduenit: Hic inquã naſcitur pauper, neglectus & contemptus, quod quidem erigit ſpem egenis in hoc ſeculo ne ſibi ob tenuitatem diſplicea nt, ſed licet ita ſe pauperrimum exhibuerit ut omnem terrenæ altitudinis affectum a noſtris ſeponendũ pectoribus ſuo oſtenderet exemplo, tamen fatendum eſt quod miſera fuerit facies & aſpectus huius natiuitatis in ſeculo contemptiſsimus, vbi omnia extremê miſera neglecta & contempta conſpiciebantur. Nemo ex hominibus agnoſcit huiuſmodi fætum in Maria, nullius prætij ipſa in Nazareth habetur, moratur ibi in exiguo oppidulo, & ſine dubio non in præcipuis oppidi ædibus, ſed in conducto tugurio: interim virgo hæc omnia tacet et diſsimulat, omnium infimam puellarum reliquarum ſe reputat, o mirãdam humilitatem in humili virgine?

Hæc cum marito deſponſato iam grauida itineri ſe impigra accingit, fortaßé deſtituta omni ſeruorum et ancillarum miniſterio. Ioſeph fuit ipſe Dñs & ſeruus, ſimul ipſa Maria Domina & ancilla multominus hic ad manu erant nutrices & obſtetrices aliquot: Ipſi inquam ſimul aſpera hyeme, caſula ſua deſerta aut vicinis commendata pariter Bethlehem ꝓficiſcuntur, uiam admodum longam æquo animo conficientes: Et forte nõ habuit virgo aſinum in itinere, quo vehe retur, cum hoc ſcriptura taceat: item quam neglectim & inciuiliter in itinere paßim excepta ſit in diuerſorijs, quæ digna erat ut aureis veheretur curribus ſumma etiam cum

Pompa,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

Pompa, facile pij poterunt ex circumſtantijs conſiderare.

In Bethlehem pijßimus ſenex & caſtißima virgo grauida, ferens uterum, vicina partui, peßimis & ſceleratis cedere ſunt coacti in diuerſorijs: ecce cum iumentis ſanctißimi homines habent hoſpitium, eandem menſam & cubiculum, & nemo ex ijs conſiderat, qui in oppidi hoſpitio erant quæ miracula DEus faciat in ſtabulo: Alij lecto, hypocauſto vel camino calefacto, alij cubiculo & cibo reficiuntur & excipiuntur: Pauperes vero parentes in penuria & frigore noctu hærent, & nemo manus auxiliares porrigit, nemo eos vel cibo vel potu reficit, nemo habet pregnantis puellæ rationem. O in humanitas iſtorum omnium, qui ibi erant vel incolæ vel hoſpites, quod non ſuſciperent iuuenculam vterum ferentem & in alieno loco agentem, procul domo & amicis.

Ah quam eſt miſera huius puellæ corã mundo conditio? cogitur ingredi ſtabilum paritura virgo, vbi omnia erant ad puerperium imparata, vbi forte egit abſq; lumine, abſq; igne, media nocte, & in ſola abſq; miniſterio aliquo primum partum & Deum ipſum edere cogitur.

Sed cum fuerint ita omnia contempta, neglecta et obſcura atq; plane mundo incognita in terris in hac Chriſti natiuitate, progrediamur obſecro paululum vt videamus, an etiam in cœlis eadem huius natiuitatis fuerit conditio ac ratio, vel diuerſa? It q; quid in cœlis

factum ſit ſuper hac mirabili natiuitate videamus, vt pa
teat demum omnia eſſe Cœleſtia. Iam uero re ipſa pre-
ſtitit æternus Pater quod ꝑ Eſaiam capi. 9. ſuo Populo
promittit, Filius nobis datus eſt, Puer nobis natus eſt,
iam conpleuit ſuas illas ampliſſimas Promiſſiones Adæ
in Paradyſo, de mulieris ſemine, item Abrahæ, Iacob
& Dauidi datas de benedicto ſemine, in quo omnes bene-
dicerentur. Vt etiam miſit Gabrielem Archangelum,
ad annunciandam huius ſui vnigeniti filij conceptionem
& natiuitatem, ita quoq; nunc (ſic enim libet iuxta no-
ſtram rationem & captum humano more loqui de æter
no DEO) complacitum habet & delectatur in natiuita-
te filij ſui quem ꝓ Mundi vita dedit Ioānis tertio, in quo
illi conplacuit Matthei 3. & 17: itaq; fuit grata glorioſa
& veneranda coram DEO Patre hæc natiuitas facta in
ſtabulo: propterea mittit quoq; in hac ipſa Natiuitate
Angelum ad Paſtores. & ipſe etiam filius DEI & λ-
γω æterni Patris iam caro factus, cum vellet Patri ita
obedire & carnem induere atq; Homo fieri vt patere-
tur pro genere Humano, iuxta Pſal. 40. & Philip. 2.
cap ſentiam, volens & libens Homo factus & in-
carnatus non potuit non delectari hac ſua Natiuitate.

Quid dicam de ſancto Spiritu ? is de hac Natiuita-
te diu prophetauit antè per Prophetas, hanc conceptio
nem & partum mirabiliter promouit, ut inquit ad Ma-
riam Angelus, Spiritus S. ſuꝑueniet in te &c. ita is Ma-
riam inde a conceptione uſq; ad tempus natiuitatis ſuſti
nuit in ſpe & ſua iā conſolatione erexit eam, mitigauit
orbitatem & dolo res in ea, adfuit parienti ſuis donis

iam

iam dictitat ipſis gaudium & lætitiam in utriuſq; cord & confirmat quoq; Paſtores in ſuſcepto ſemel ab Angelo ſermone, vt ei fide adhibita ſe mox recta conferant in Bethlehem : Itaq; complacuiſſe imprimis Spiritui ſancto in hac natiuitate, quis obſecro dubitabit? ſi tamen ita nobis de æterno Deo, in quem non cadunt affectus, loqui liceat, quamquam pro noſtro loquantur captu : Ipſe ſpiritus ſ. adhuc credẽtes de hac natiuitate Chriſti certificat, & conſolationem inde in cordibus noſtris prebet.

Tota hic æterna maieſtas claritudine ſingulari ac eximio ſplendore & gloria ſuam preſentiam, gratiam & benignitatem abunde declarat in hac natiuitate. Si enim claritas Dñi hoc eſt æterni Dei ſe in tribus perſonis patefacientis, ſuam gratiam circa paſtores ſua claritate eos circumfulgente exhibet in hac natiuitate (vt ẽ talis claritas, ſignum gratiæ velut & Matthei 17 in monte apparet) quanto magis id fieri voluit in ipſa natiuitate circa Ioſeph & Mariam.

Gaudent quoq; angeli de hac mirabili natiuitate : Nam angelus mittitur ad paſtores vt eis eam annunciet coram quibus etiam ſuũ & ſociorum hoc eſt reliquorũ angelorum læticiam declaret ſplendore illo, in quo ipſis apparuit, & deinde his verbis, Ecce annuncio vobis gaudium magnum etc. Quod quidem gaudium licet nobis potiſſimum annunciari videatur, tamen & ipſis etiam angelis ẽ ſuper hac re gaudium, quod homines exuti omni gratia per hanc natiuitatem reducantur ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

proſſimum locum & dignitatem, quia ſuper uno pecca tore pænitentiam agente gaudent, quanto magis gau- dent ſup eo, quod toti humano generi hoc contingit gau dium: adde quod tota Cœleſtis multitudo adſit hic & canat gloriam Deo atq; ita ſuam exultationem ſuper hac natiuitate declaret, & triumphet: Hic audiuntur laudes & chori angelici, hic ſunt cœlum ipſum, tota æterna maieſtas diuina, hic cœleſtis multitudo, chorus angelicus & celeſtium ſpiritū tripudia, & claritas glo- rioſißima apparent.

Sit igitur hec natiuitas humilis coram mundo, ut dictum eſt, tamen omnium Cæſarum & Regum pompis ſublimior, quia de hac ipſa olim Prophetæ ſolemniter & pſpicue predicarunt, atq; adeo locum natiuitatis hu- ius predixerunt, & Micheas eius regnum æternum ce- lebrat: Angelus de huius natiuitatis gaudio predicat, & reliqua cœleſtis multitudo obſequia pia declarat. Id uero quiſpiam dicat, an unq; alicuius hominis uel regis, etiam Auguſti uel Alexandri aut Caroli magni eorum- q; filiorum natiuitatē talia preceſſerint uaticinia, & in ipſorum natalitijs huiuſmodi Cœleſtium Spirituū mini- ſteria, uel tales fulgores claritatis æternæ apparuerint? Vbi obſecro huiuſmodi diuinæ preſentiæ ſigna & notæ conſpicuæ pdierunt?

Agamus igitur æterno patri gratias p tanto do- no & celebremus natiuitatem filij Dei canentes cum an gelis gloriam Deo &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

DE CIRCVMCISIONIS DOCTRINA, VTILITATE & MYSTERIO & CVR CHRISTVS CIRCVMCIDI VOLVERIT.

CONCIO SACRA HABITA ALIQVOTIties in die Circumciſionis CHriſti.

AB
Hermanno Hamelmanno
S. T. L.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

NOBILIBVS EXIMIS & HVMANISSIMIS VIRIS DOMINO BORCHARDO & D. HILBRANDO A SALDER

fratribus, Suis Dominis colendis.

ETſi in nouo Teſtamento ſit circũciſio externa, abolita, in cuius locũ ordinata ẽ a Chriſto ſacroſanctus baptiſmus, manet tamen ſemp ſpiritualis & myſtica illa Circumciſio in Eccleſia Dei, quam olim & Moyſes a populo Dei atq; Hieremias ſimul requiſiuerunt, quem etiam a nobis re quirit Paulus Colloß. 2. Philip 3. ſed hanc ſolus & unus præſtat Chriſtus: Ea autem imprimis fit quando mortificamus facta carnis ſpiritu Chriſti ut Roma. 8 Gala. 5. dicitur. Extat quoq; hiſtoria in cap. 5. libri Ioſuæ, quomodo de mandato Dñi in loco Gilgal Iudæi ſint circũciſi cultris lapideis &c cuius hiſtoriæ dulciſsima eſt allegoria, quod vidz tranſgreßi Iordanum fluuium accceperint circumciſionem, qui in deſerto oberrauerant p annos 40. nec circumciſi erant, & tunc demum abiecerint præputium. Gilgal etenim ſignificat amotionem, ideo Gilgal locus poteſt denotare Eccleſiã, Iordanus baptiſmum (Iordan ſignificat riuum vel doctrinam iudicij) Per baptiſmum aſſociamur Eccleſiæ, in qua vox de amotis & remiſſis peccatis ex prædicatione Euangelij ſonat: Ibi Ioſua noſter Chriſtus antequam nos ducat in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

cat in terram promißionis hoc eſt ipſam paradyſum circumcidit nos cultro lapideo id eſt gladio ſpiritus (Epheſ. 5 et Hæbre. 4) vidz ſuo uerbo quod eſt acutũ & efficax factum per ipſam Petram Chriſtum, veluti eos acuit externos cultros &c. Sed hæc alij viri docti in ſuis ſuper Ioſuæ librum cõmetarijs plixius explicue-runt, ideo ſatis nobis ſit iſta attigiße.

Collegi autem hanc concionem ex diuerſis com-mẽtarijs & aliquoties in mea parochia habui : Nunc ue-ro eam veluti & priorem de Natiuitate Chriſti euul-gaui, edere volui et V. Excell. Celebres & nobiles Dñi inſcribere, quoniam veſtro fratri Henrico a Salder ge-neroſo & magnifico viro primam concionem de My-ſterio Natiuitatis Chriſti reuerenter dedicaui, ideo me decuit etiam & hanc de circumciſione Dñi V. H. ſimi-liter inſcribere. Scio etenim vobis pijßimum & lau-dandum patrem fuiſſe D. Borchardum ſeniorem a Salder bonæ memoriæ, qui plerunq; domi ſuæ ſolebat Euangelicos concionatores alere, & fuit adamatus a Reuerendo & clariß. D. Antonio Coruino propter pietatem: audio etiam veſtrã matrem, matronam & ui-duam deuotißimam & optimam nobiliſſimamq; Iaco-bã ab Aßeburg, veluti de Anna filia Phanuelis legitur, pietati & omnibus ſanctis virtutibus deditam eſſe : Sic etenim illam celebrat ornatiß. & venerandus vir Hẽ-ricus Bouius paſtor Paulinus in Inclita Hildeſia : Et profecto eſt maternæ veſtræ familiæ generoſæ hodie ſingulare ornamentum Henricus ab Aßeburg, qui ad

gloriam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

gloriam Chriſti & ſuorum ſalutem liberaliter alit pro
ſua pietate & humanitate erga miniſtros Chriſti, clariſſ.
& egregium Diui Lutheri diſcipulum M. Timotheum
Kirchnerum in Amphort, eumq; & alios Euangelij
miniſtros honeſto loco habet & veneratur.

Itaq; V. P. ſpero maiorum veſtigia ingredi & im-
primis doctrina Euangelij & vera pietate delectari,
quæ alioqui apud multos huius ſeculi nobiles deridetur.
Ita quoq; futurum erit, ut V. Excell. inter illos paucos
(de quibus Paulus ait 1 Corinth. 1. pauci nobiles, pauci
potentes & pauci diuites &c) locum habeatis, & per
uiam anguſtam Chriſtum ad vitam æternam perueniatis.
Suſcipite autem nobiles Dn̄i pro ur̄a generoſa pietate
& humanitate hanc quoq; concionem, & de huiuſmo-
di diuinis myſterijs cū p̄dicto fratre conferte reuerēter.
Ego V. Excell. cum pia & uirtuoſa matre ueſtra cō-
mendo filio Dei, qui uos regat ſuo ſpiritu Amen.
Lemgouiæ in feſto Trium Regum anno 1568.

V. Excell.

deditus Hermannus Ham-
melmannus L.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

CONCIO DE CIRCVMCISIONIS MYSTERIO ET FRVCTV QVAE CONTINET OMNES CIRcumſtantias & fideliter explicatas :

NEmini eſt dubium circumciſionem a Deo eſſe ordinatam & inſtitutam, veluti Geneſis 17. legitur. Cur autem inſtituerit, recenſeri variæ cauſæ poſſunt, quia non propter ſeſe inſtituit, quoniam Deus nouit teſte Paulo ad Timotheum, qui ſunt ſui, eoſq; habet in libro vitæ ſcriptos, et nouit quos ab æterno in Chriſto elegerit Epheſ. 1. Paſtorque Chriſtus noſcit ſuas oues Ioannis 10. Ergo abſq; circūciſione & ſignis poteſt ſuos cognoſcere. Quare primo propter Iſraelitas deinde propter nos etiam ad denotandum myſterium eſt inſtituta.

Cur igitur dedit circumciſionem?

Vt eſſet ſigillum iuſticiæ fidei teſte Paulo Roma. 4 : & diligenter olim circumcidebantur pueri in veteri Teſtamento, ut nunc in nouo baptizantur , quia vtrumq; ſignum ē gratiæ & profeſſionis puplicæ : Eratq; circumciſio certificatio de voluntate Dei ac eius gratia, propterea potiſſimum inſtituta ut hunc co-

lerent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

lerent ſolum verum DEVM & iuxta præceptum eius ambularent præſtantes obedientiam: Deinde ut teſtaretur ſeipſum eis eſſe DEVM, huiusq; rei gererent in carne ſua ſignum: Poſtremo etiam & ob hec inſtituta erat ut diſcernerentur a reliquis gentibus Iſrahelitæ.

An igitur per ſe circumciſio prodeſt? Circumciſio carnis, veluti nec lauacrum baptiſmi, per ſe nihil prodeſt citra fidem: hinc eſt quod Dauid orat pſalmo 51. Cor mundum crea in me Deus & ſpiritum rectũ innoua &c. Moyſes quoq; ait Deutero. 10. Circũcidite præputium cordis ueſtri, & Hieremiæ 9. Incircũciſi corde: eſt igitur internæ circumciſionis & fidei ſignum. De quo poſtea dicemus.

Cur in tam ſordido membro iuſtituit circumciſionem?

Sic Deo placuit infatuare mundi ſapientiam, quò magis ſuperbiam carnis deijceret: tum ut ipſum Abraham ſic cum reliquis ſtulteſcere faceret, quo ſe magis Deo obſequentes præberent & non exiſtimarent Deo ſecundum noſtram rationem, obediendum eſſe: ita quiſquis ſapit, ſobrie ſimul & reuerenter ſuſcipiet, quod ſtulte mandaſſe videtur Deus: Sic & in noſtris Sacramentis idem a Deo actum eſſe uidemus: Quid enim uulgarius aqua? quid communius pane, & uino præſertim in ijs locis, ubi uinum fuit communis potus?

Cur non in alijs menbris inſtituit Circumciſionem?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

In labijs, auribus, oculis, pedibus, cum & illa ſint immunda menbra, non inſtituit hanc ci cumciſionẽ, quã quam Moyſes dicat Exodi 6 præputiatus ſum labijs item Hieremiæ cap. 6 dicatur, Ecce preputiati ſunt auribus, non poſſunt audire: Sapiens quoq; Ecc leſiaſt. 31, Quid nequius oculo creatum ẽ. & Eſaiæ 1. Manus noſtræ plenæ ſunt ſanguine, &c ſed tantum uoluit in hoc menbro circumciſionem & non in alia parte corporis fieri Rationem hanc ut ſubiungamus neceſſe erit: prima eſt, quod hac corporis parte mala conſcientia potiſſimum uiget & exprimitur: Nam hoc Adã & Eua experti ſunt imprimis, dum has corporis partes uelarunt, ubi nimirum carnis ſuæ rebellionem ſenſerunt quam maxime: Secunda eſt, quod teſtetur Deus hoc pacto non in operibus, quæ pede, ore, oculo, aure & manu faciunt homines, corruptionem eſſe & morbum, ſed in ipſa tota natura. Tota enim ſubſtantia peccato Adam perdita eſt, ideo fieri nequit ut aliquid bonorum operum in nobis ſit: Tertio ideo hoc menbro illam fieri uoluit, ut eſſet ſignum totius hominis immundi, quoniam iſto menbro fit generatio, & ſemen ex quo conceptio fit, eſt immundum Iob 14. Quis poteſt mundum facere de immundo conceptum ſemine. Item iuxta Pſal. 51. in peccatis concepit nos mater noſtra. & Epheſi. 2. Natura ſumus filij iræ. Docuit ergo hoc præcepto de Circumcidendo præputio, neminem poſſe per opera vel legem iuſtificari, ac fruſtra inſumi eomnem operam pro comparanda pietate atq; ſalute ſuſ-

ceptum

ceptum, quam diu natura non fuerit regenita & penitus innouata Iohannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poterit intrare regnum Dei.

Admonet igitur primo quemlibet de ſua immundicia & miſeria, ut hinc cognoſcerent ſuam impuritatem & peccata: Secundo quod ex ſe nihil præſtare poſſent homines, ideoq; experirentur, poſſent ne ex lege puritatem cordis habere: Si autem non poſſent, ut ſaltem uiderent illam non eſſe humanarum uirium, ſed ſolius DEI gratiæ ideoq; cõfugerent ad eum, qui poteſt corda purificare: Tertio, Admonet quoq; benedictionem & ſalutem ex benedicto Abrahæ ſemine produturam per generationem tandem, quia quæ in Abrahæ ſemine promiſſa erat benedictio, ſimul in ea notata fuit. Quartò eſt pœnitentiæ ſymbolum, quicquid Homines ex generatione habent proprium, damnauit DEVS in Circumciſione tanq̃ uitioſum ut oſtenſa carnis corruptione adduceret ad mortificandam carnem & a benedicto Abrahæ ſemine petendum auxilium, quia iſtius fide purificantur corda Acto. 15. Quinto admonebat eos Circumciſio etiam de fide & obedientia Deo præſtanda, cui & hoc pacto fœderis erant obſtricti & ſe exemerant cultu DEI iuxta eius præceptum ab omni reliquo Populo & ſimul a Mundo, a quibus cum & profeſſione & Circumciſione diuerſi eſſent, fide quoq; pietate, iuſtitia & obedientia ab ipſis ſeparatos & diuerſos eſſe decuerat: Sexto monebat quoq; eos ſpiritualis Circumciſionis, quæ cordis & totius naturæ eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

quam & Moyſes & Prophetæ ipſi requirebant, & quæ ſola nobis etiam competit. Nam ut Paulus ait, Circumciſio tibi non prodeſt quicq; niſi & legem obſerues, quod extra Chriſtū quicor circumcidit non poteſt fieri: fit tamen in ipſo, quia ipſe finis legis eſt Roma. 10 & Colloſ. 2 Per Chriſtum inquit, circumciſi eſtis circumciſione quæ manibus non fit.

Cur hanc primum Abrahæ dedit?

Primo ut denotaret quantumlibet ille & obediens & ſanctus eſſet, tamen & illum & ſimul omnem hominem opus habere circumciſione ſpirituali: Secūdo, quod ex ſolo ſemine Abrahæ promiſſo, nempe Ieſu Chriſto (de quo diſputat Paulus ad Galatas) ueniat benedictio & circumciſio cordis & amputatio peccati atq; immundiciei: Nam peculiariter fuit Abrahæ promiſſus Chriſtus, per quem omnibus credentibus contingit ſpiritualis circumciſio.

Cur Abrahæ ſeni dedit circumciſionem?

Vt eſſet ſigillum fidei illius, qua erat antea iuſtificatus, ueluti in geneſi legimus, fide enim teſte Moyſe & Apoſtolo, credidit Deo: deinde ut ipſum etiā ſenē ſuæ admoneret fragilitatis & benedicti iſtius ſeminis futuri ex ipſo.

Cur præputium aufertur?

Quia circumciſio dicitur quod vndiq; circū, hoc

eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

eſt prima cutis, auferatur, quæ tegit pudenda in ſignũ quod ſic vndiq; peccata noſtra & totum cor & corpus tegant, nosq; circũcidamur peccatis: quia veluti præputium præeminet, ita vndiq; exundant peccata quæ nos occupant.

Cur infantes circumcidebantur?

Ob hoc quod nec illi mundi cognoſcerentur, vtpote in peccatis nati & concepti, & quod indigerent circumciſione ſpirituali, quæ fit per Chriſtum: deinde ut ſcirent gratiam regni & fœderis non pendere a ſigno, ſed a gratia & gratuita diuinæ electionis bonitate, quia hi nihil egerunt boni: Iam uero dictum eſt in promißione bonitatis DEI, Ero DEVS tuus & ſemini tuipoſt te: Vt igitur non reijciat infantes ſed propter ſolam promißionem ex mera miſericordia ſuſcipiat (quia ibi nulla ſunt merita) vult eos Circumcidi, ut illos aſciſcat in ſuum Populum.

IDeo illos Circumcidi uult ad peccati naturam prodẽdam magis, & quod origenale peccatum ſit maius quouis alio, quia Pueri nihil adhuc actualis peccati commiſerunt efficaciter, nec etiam propter admiſſa opere peccata forte deberent Circumcidi: ut intelligamus ergo grauius & maius eſſe peccatum adnatum et naturæ inſitum (qualis eſt concupiſcẽtia ad omnia mala prona, vt recte dictum ſit cor hominis prauum eſt a iuuentute) quam poſſit ullum actuale vel operatum peccatum haberi, ideo etiã pro infantibus circumciſio precepta eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

Cur Maſculis tantum data eſt circumciſio ?

Quia propagatio eſt a uiro, ut nec mulier poſſit eſſe niſi a uiro concepta & nata, ſic Adamo in ſcripturis imputatur delictum, Vt in Adam, ait Apoſtolus, õnes moriuntur, ſic & in Chriſto õnes uiuificabuntur. Item p vnum hominem intrauit peccatum in mundũ, ſcilƷ propagatione: Deinde Adam dicitur magis peccaſſe quam Eua conſentiens, cum eſſet caput mulieris, & ſciens & prudens vt qui reliquis animantibus indiderat nomen ſciretq; exacte præceptum Dei, merito increpaßet mulierem.

Putãt alij hoc onus non impoſitũ fuiſſe muliebri ſexui propter virginem Mariam a qua debebat naſci Chriſtus, quia illa ſine viro concipere & parere debebat.

Præcipua uero ratio eſt, quia in maſculis circũciſio eſt denotatio omnes in peccatis naſci: in mulieribus vero, dum hæc non fiat, eſt ſignum, quod ex muliere ſit naſciturus qui circumcidat & purificet cor, & externam circumciſionem tollat nosq; a peccato et morte protegat & liberet &c.

Cur preputium & non totum menbrum circumcidi uoluit ?

Quod non uelit ſuum genus humanum perditum, aut ita doloribus hominem perire, quamq; vtrumq; poſſet diuinitus ſeruare: deinde ideo hoc fit, quod parti-

cula

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

cula uel cuticula menbri preciditur & non totum, vt generatio neceſſaria Eccleſijs & politijs ſaluaretur, quod eſt valde conſolatorium, ut igitur oſtendat ſe generationem non damnare, ſed quod præciſam & amputatã ſuo ſpiritu& uerbo omnem velit ſaluare generationem, ideo hæc ita fieri voluit.

Cur octauo die?

Quod octauum diem denotet, apparet circumciſionem partem eſſe poedagogiæ, quæ nos duxit ad Chriſtum, ut nunc fidentes in Chriſtum, non ſimus amplius ſub lege, teſte hodierna Epiſtola: Voluit autem ſub poedagogis veterem retineri populum, quia maior eſt in Baptiſmi adminiſtratione relaxatio.

Voluit etiam hoc pacto abſq; dubio infantiũ teneritudini parcere, quandoquidem periculo non carebat adhuc ab vtero matrum recẽtibus vulnus infligere. Etſi autem facere poterat ne quid noxæ aut læſionis afferret circumciſio, nihil tamen in eo abſurdi eſt, ſi dicatur habitam a Deo fuiſſe teneræ ætatis rationem vt teſtatum Iudæis faceret paternum ſuum erga ipſorum liberos amorem. Septem dies ſignificant hoc tempus, quia donec ſeptem dierum reuolutione detinemur in hoc mũdo, non abſoluitur opus regenerationis noſtræ ac plenæ perfectæq; re purgationis, niſi in die octauo, cum ad aliam vitam migramus, quia tuncprorſus in die illo octauo ab omni prorſus immundicia & corruptione liberamur. Hic fit quidem præparatio quædam p

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

crucem & tandem per mortem (veluti in octiduo ad Circumcidendum infantem fiebat) tum etiam nos decet fieri infantes iuxta dictum Chriſti atq; ei nos totos permittere, ſic tandem tranſimus ad futurum ſeculum, vbi non eſt mutatio temporis, vbi etiam ſemꝑ vnus eſt & erit dies, qui propterea dicitur dies extremus: Septenarius namq; numerus multitudinem ſiue curſum uitæ ſignificat, ueluti igitur die octauo circumciſio fiebat, ita etiam poſt hunc curſum & hanc uitam in die octauo uenientes ad illum, a quo uera eſt circumciſio, in conſpectu omnium Angelorum & Sanctorum abſcindimur ab omni peccato & præputio peccati, & ab omni contagione ac macula, hoc eſt in uitam Cœleſtem a mortuis excitati & clarificati tranſferimur. Et licet hic non plene mundamur reuera in totum, tamen expectanda eſt illa abſoluta circumciſio, quæ ibi fit: interim tamen ſpe participes ſumus cœleſtis gratiæ hic, expectantes ꝑfectionem in ſpe: Spe inquit Apoſtolus, ſaluati eſtis:

Quia ſeptenarius numerus hanc uitam ſignificat ut oſtenderet igitur meditandam quidem eſſe & imprimis carnis mortificationem toto uitæ curſu, ſed non niſi poſt eius finem compleri.

Ne quis putaret pueros damnatos, qui extra & citra circunciſionem morerentur, nam certum eſt illos infantes qui pereunt, ratione huius legis, quia in hanc legem nihil peccauerant, ſicut nec fœminæ, quæ non circumciſæ erant & tamen fuerunt populus Dei, non dãnari. Nam exterminandà erit, ait, anima eius cuius oc-

tauo die

ctauo die caro non circumcidatur. Si interim ante octauũ diem pereat quis, illa lex non poteſt illũ damnare infantem.

Omnium firmiſſima eſt reſponſio & certiſſima, ita Deo placuiſſe & uiſum eſſe, quia nuſq̃ ſolida ratio huius rei repoſita reperitur, niſi quod hoc certum ſit nempe Deum ſic repreſentaſſe ueteris hominis interitum, ut tamen ſe oſtenderet homines reſtituere in vitam per Abrahæ ſemen tunc promiſſum.

Eſt etiam octauo die Chriſtus excitatus a mortuis, et quieuit integro ſabbato & die ſeptimo, & reſurrexit die octauo, in quo ipſe ingreditur Chriſtus aliud vitæ genus, vbi non anni, non dies numerantur, ubi ille incipit nouam hebdomadam, Et is octauo die reſurgẽs aboleuit circumciſionem externam & nouum deinceps ſacramentum inſtituit: & ut ille nouam vitam ingreſſus, ita & ipſe nouam cordis circumciſionem in Apoſtolis ſuo ſpiritu & deinde in omnibus credentibus auſpicatus eſt ut & illi inciperent, ueluti etiam iſti nouæ vitæ exordium inceperunt. Fuit igitur huius rei figura circumciſio externa, ut ſic ueritas reſponderet figuræ. Quare cum Chriſto nos hic in hac uita humilitati ſubijciemus, ut nunc circumciſi corde p̄ Chriſtum, ibi tandem õnibus menbris abſolutè, quod hic non p̄t fieri, circumcidamur.

Cur voluit DEus etiam uernis & empticijs conferri Circumciſionem in domo Abrahæ ?

Quia Abrahæ domus erat typus Eccleſiæ, ut ille dicitur Pater credentium. Plures enim erant futuri filij Abrahæ qui non ſecundum carnem ſed ſecundum promiſsionem ſint fide filij Abrahæ Ioannis 8. & Mat. 8. uenient, ait Chriſtus, ex occidente & oriente & diſcumbent cum Abraham Iſaac & Iacob. Ergo ſignum fuit hoc, quod & gentes Cœleſti illa circumciſione, quæ ꝑ Chriſtū fit, eſsent donandæ & uocandæ ad Eccleſiā, ut ueluti pater Abraham fuit Pater & Caput diuerſorum in ſua domo, ſic & Caput Chriſtus eius filius in ſua Eccleſia ex diuerſis locis ac gentibus collectorum exit modo vera ſint illi circumciſione circumciſi : 3 Quod Dominus non ſit reſpector ꝑſonarum, tum vt hominū ſuꝑborum & carnis inſolentia, quod ingenuos ſeruis qui olim abiectiſsimi erant, aggrauet, reprimatur.

Quomodo olim per fidem, vſum & fructum Circumciſionis applicuerint ſibi credentes in veteri teſtamento ?

Olim quando inter Iſrahelitas opprimebantur ab hoſtibus & periclitabantur de interitu gentis ſuæ, reuocabant in memoriam ſignaculum circumciſionis, quo confirmabant fidem ſuam (hinc Apoſtolus vocat illud ſignaculum fidei) quod Deus vellet ipſos liberare ab hoſtibus & gentem Iſraeliticam ſeruare. Sic Ionathas 1. Reg. 14. filius Saulis inua ſurus Philiſtinos recreabat fidem ſuam circumciſione dicens ad armige-

rum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

rum ſuum, veni tranſeamus ad ſtationem incircumciſiorum horum, ſi forte faciat Dn̄s pro nobis, quia non ē Dn̄o difficile ſaluare vel per multos vel per paucos. Sic Dauid pugnaturus aduerſus Goliath fidem ſuam confirmabat ſignaculo circumciſionis dicens, quis eſt ille Philiſtinus incircumciſus, qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis 1 Reg. 17. Sic omnes pij fidem ſuam confirmabant in anxietate & miſeria poſiti, circumciſione, quod ipſe eſſet piorum Deus & liberator. Ita vtamur & nos noſtris quoq; Sacramentis &c.

An etiam opus ſit nobis Chriſtianis externa circumciſione?

Dictum ē illam eſſe abolitam a Chriſto, dum non ſimus amplius ſub poedagogo & ſub lege, vt ait epiſtola hodierna, ideo ad nos non pertinet circumciſio. Fuit deinde, eadem ſemper quidem fides, & tamen diuerſa eius fuere ſigna: Nunc igitur aliud eſt ſignum gratiæ & quidē noſtrum plus habet in effectu atq; prius, quod ſane a Chriſto abolitum eſt: magis itaq; in verbum & mandatum reſpiciamus, & cur ſint ſigna data, nempe ad confirmationem fidei, quam ad externam illorum formam & materiam diuerſā. Deus etenim Abrahæ promiſerat benedictionem ex ſuo ſemine prodituram, dederatq; in ſignum huius benedictionis circumciſionē eamq; in eo menbro propagationis, vt ille ſimul & poſteri confirmarentur de illo ſemine certiſſime venturo. Non fuit ergo ratio ut amplius duraret circumciſio

ultra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

ultra exhibitionem iſtius ſeminis in quo om̃es benedicē=dæ erant gentes vel homines, & iam completa pro=miſſione, quã alioqui confirmauerat hoc ſignaculo, non erat amplius iſto Sacramento opus. Chriſtus ergo cum venit, impleta fuit promiſſio, neq; erat amplius expec=tandum aliud ſemen: nec ultra debuiſſet durare cum finem accepiſſet ſua promiſſio. Diuus Paulus potiſſimũ duo argumenta opponit circumciſioni, 1. quod finis le=gis ſit Chriſtus, Si enim lex in Chriſtum reſpicit, et ipſe etiam Moyſes Chriſtum iubet audiri Deuterono. 18. ſequitur quod Chriſto prædicante tacere debeat lex: Alterum ē quod Abraham legatur ante circumciſio=nem eſſe iuſtus, ergo nihil per ſe prodeſt circumciſio. Ideo nec modo eſt neceſſaria.

Cur Chriſtus circumcidi uoluit?

Cum Chriſtus non eſſet peccato ſubiectus nec quo=q; ex virili ſemine natus, vel etiam dolus eſſet in eo in=uentus, quæri pt, cur circumcidi voluerit ipſe: ad hoc reſponderi poteſt multis rationibus.

1. Non venerat ipſe ſoluere ſed adimplere legem Matthei 5. ideo dicitur eſſe finis legis Roma. 10.

2. Vt nos redimeret a lege eiuſq; maledictione, vt Galat. 4 dicitur.

3. Omnia legis onera tulit, ut iam ille & ceremo=niarum & circumciſionis vſibus finem imponeret & aboleret politiam externam (quia lex vſq; ad Ioannem) aliamq; conſtitueret, ideo ſe etiam legi circumciſionis ſubiecit.

ſubiecit.

4. Hoc pacto indicatum voluit nunc eſſe completũ illud, quod Abrahæ promiſerat de futuro ſemine, quo nomine dederat ei circumciſionem.

5. Voluit etiam accepta circumciſione oſtendere ſe verum fratrem Iudæorum, quò deinceps nullam illi excuſationem haberent, quod eum non ſuſciperent de quo omnes Prophetæ vaticinati erant, quorum etiam vaticinia in ipſo ſunt completa.

6. Voluit etiam ſe eatenus verum declarare Hominem & veram carnem habere.

7. Voluit circumcidi & ita ab initio pati & ſanguinem effundere ad ablutionem noſtrorum peccatorũ Sanguinis effuſione ꝑ circumciſionem ingreſſus eſt in mundum, & ſanguinis effuſione egreſſus eſt ex hoc mundo.

8. Vt oſtenderet ſe corpus ex Maria homine habere, non de cœlo tranſtuliſſe, vt nugantur hæretici: Filius enim fuit Dauid ſecundum carnem Roma. 1. ideo veluti in carne nos deliqueramus, pro nobis voluit etiam ſatis facere in carne.

9. Vt oſtenderet & circumciſionẽ & quicquid tunc erat ordinatum ꝑ Moyſen in veteri Teſtamento, fuiſſe bonum & a deo ordinatum.

Sunt & aliæ cauſæ morales cur ſe circumciſioni ſubiecerit, primò dedit nobis exemplum parendi mandatis Dei, non tamen vt in veteri lege hæreamus ſed ut audiamus Chriſti vocem. Secundo veluti non obſtric-

tus ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

lus ad hanc legem Chriſtus tamen humiliauit ſe ipſum & hanc preſſuram ſubiuit, ita nos quoq; humiliari debemus, & libenter etiam innocentes pati coram mundo, veluti hic innocens puer paſſus eſt: Tertiò vt myſticam circumciſionem quæ verbo & ſpiritu fit & mortificationem carnis ſtabiliret & comprobaret atq; ſimul predicaret crucem & calamitatem in menbris atq; ab iiſdem requireret. &c.

Audiuimus igitur in hac contione de Inſtitutione, fine, uſu, fructu, & reliquis Circumciſionis circumſtantijs, & cur Abrahæ data, deniq; cur Chriſtus ſit circumciſus: Dn̄s Ieſus faciat ut nos p ſuum ipſius meritum ab oñi malo & peccato amputemur. AMEN.

Lectori S. D.

Optime lector errata typographica ut Logω pro logos & ſimilia boni conſule & ipſe oblata alia paſſim corrige.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 27 [6:1,-182 8°]